



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 52. Baji Tractatus de Sacramentis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI Dei auxilio nonnisi vires ad peccan-
 A C 1565. dum habeat. De cetero ea, quæ in duo-
 bus postremis capitibus profert, nonnisi
 cap. 8. ad morum regulam pertinent.

§. LII.

*Baji tractatus de Sacramentis in
 genere.*

Bajus in tractatu de Sacramentis in
 genere contra Calvinum probat,
 quod Sacramenta, quæ in Ecclesia con-
 feruntur, non sint vacua, & inania
 symbola, aut alium non habentia ef-
 fectum, nisi quod existant pignora divi-
 narum promissionum, quæ nobis in sa-
 cris literis annuntiantur: ubi tamen
 admittit, quod omne Sacramentum a
 Christo Domino institutum sit cujus-
 dam spiritualis gratiæ signum, interim
 addit, per Ecclesiæ fidem nos edoceri,
 quod Sacramenta reipsa gratiam, quam
 significant, conferant, si eis nullus obex
 per culpam opponatur: insuper asserit,
 quod scriptura peccatorum remissio-
 nem fidei attribuens eam Sacramentis
 non adimat, quando autem Christus
 Dominus dixerat: *qui crediderit, & ba-*
ptizatus fuerit, salvus erit, æque bap-
 tismatis receptioni, ac fidei salutem esse
 promissam dicebat, ac pari quoque mo-
 do intelligenda asseribat ea, quæ Chri-
 stus pronuntiavit de remissione pecca-
 torum

*Marc. 16.
 v. 16.*

torum, cum illa verba : *Quorum remi-* Sæcul. XVI.
seritis peccata, remittuntur eis, demon- A.C. 1565
strent, quod hæc remissio etiam recon- Joann. 29.
ciliationis Sacramento fuerit attributa. v. 23.

§. LIII.

Tractatus de forma Baptismi.

Ceterum prior tractatus admodum brevis erat, magis tamen adhuc succinctus est ille, quem de Baptismi forma conscripsit, in quo Bajus refellit illos, qui ab Apostolis quandoque Baptismum in solo Christi nomine administratum fuisse affirmant: unde paucis demonstrat, quod Sanctus Ambrosius hanc sententiam non tradiderit, eaque a summis Pontificibus fuerit damnata, ideo hi, ne Baptismus per solius Nominis Christi invocationem conferatur, admodum sollicitè prohibuerunt, atque ex adverso præceperunt, ut nunquam nisi in nomine trium Divinarum Personarum administraretur.

§. LIV.

Controversia inter Franciscanos circa confessionem.

Sub idem tempus exarserat acerrima *Bajan. 2. p.*
inter Minores Belgicæ Provinciæ *operum p.*
Fratres contentio circa contritionem, 194. & 195.
Hist. Eccles. Tom. XLVII. H h sua-